







579. *Witt. Mart. et Stam. Polytechn. Ind. L. L. Velljanum*

44/58946

~~BIBLIOTHEK
DES
KONIGLICHEN
GEB. ORDN.~~





380/44/58946(1)

167

THESES DE
SVMPTAE EX MATE-
RIA TITT. C. ET D.

AD S. C. VELLEIANVM.

AD QVAS TRINO ET VNÓ DEO AV-
xilante, præsidib; quoq; Clarissimis & Consultissi-
mis viris, D. Marlij Koch / & D. Henrico Wisvelde/
SS. LL. Licentiatis, Dictatore & Fisco, in publi-
co ac celeberrimo, Clariss. Ornattiss. Iuris peritorum
studioforumque Collegio Agrippinensium, ex
laudato, perantiquo, receptoque more,
ordine ad se perueniente.

Anno cId. Id. LXXXIX.
17. Calend. Iunij respondebit,



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.

R r

THESES DE

SUMPTAE EN MATI

IN THE ART D

AD S. C. VELLIANVM

AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE

AD QVAE TITVS ET QVAE
AD QVAE TITVS ET QVAE



AD QVAE TITVS ET QVAE

AD QVAE TITVS ET QVAE

CONTINUATIO.

Quandoquidem de contractibus seruatorum & filiorumfamilias dictum est: videamus nunc quemadmodum mulieres, quæ & ipsæ more maiorum in manu patris, fratrum, viri sunt, ex contractibus teneantur.

V Vefenb. in parat. ff. hoc tit. ita continuat.

T H E S I S P R I M A.

Intercedere, in hoc titulo, est, pro alio fidem suam interponere, spondere, obligari.

Spigelius in suo lexicon iuris, in verbo, intercedere, ubi pro hac significatione allegat Barto. in l. 2. §. omnis, ff. hoc tit.

II.

Mulieribus itaque intercedentibus paratur actio, & in veterem debitorem per hoc S. C. restituitur instituiturq; ^a, cuius S. C. hæc sunt verba. Quod Marcus Sillanus & Velleius tutor consules verba fecerunt de obligationibus fœminarum, quæ pro alijs reasferent, quid de ea re fieri oportet, de ea re ita consuluerunt, quod ad fideiussiones & mutui dationes pro alijs, pro quibus intercesserint fœmina, pertinet, tamen si ante videtur ita ius dictum esse, ne eo nomine ab his petitio, neue in eas actio detur, cum eas virilibus officijs fungi, & eius generis obligationibus obstringi, non sit æquum, arbitrari Senatuum, rectè atque ordine facturos, ad quos de ea re iniure aditum erit, si dederint operam, ut in ea re Senatus voluntas seruetur b.

a l. 1. ff. hoc tit. & ibi Bart. b l. 2. co. tit.

III.

Sed quod Senatus ait actionem in eas non dari, si fideiusserint, mutuum pro alijs dederint, intercesserintve, non excludit egregiū Severi & Antonini rescriptum in hæc verba, ἡ δὲ πατρίσταις τῶν γυναικῶν οὐ βονδὲ τῆς βονλῆς δόγμα, id est, decipientibus mulieribus S. C. auxilio nō est, infirmitas enim fœminarum, non calliditas auxilium sumit C: quare in hoc casu ut in casibus nonnullis alijs, & hisce versiculis, (Casibus in senis mulier spondendo tenetur, Pro libertate, pro dote, renunciat si, Decipiat, pretium capiat, causæ atque secundo) glossæ comprehensis, non inuatur hoc S. C. d.

c l. 2. §. itaque. d glo in l. 1. in verbis, ne pro vlllo, ff. hoc tit. & in l. generaliter finali, in verbo, cessante C. hoc tit.

IIII.

Sed nunc versiculos glossæ parum examinemus, scimus iuris antiqui regulam esse, omnes licentiam habere, his quæ pro se introducta sunt renunciare^e, & glossa dicat, renunciet si, Querunt Dd. f (atque ita hæc glossa examinatur) an huic Velleiano S. C. mulier renunciare possit? ego fretus textuum iuris, Glossæ, Bartoli, Gailij, autoritate distinctim respondere non erubescog.

e tex. in l. si quis in conscribendo, C. de pactis, in verbis antiqui, & ibidem glossa. f V Vef. in parat. nu. 9. ff. hoc tit. Iason in l. penul. nu. 81. vers. quod mulier. C. de pactis, pag. mihi, 76. g tex. in §. si mulier. l. si mulier vlti. ff. hoc titu. text. in casu Authent. ut sine prohibi-

prohibet. matres, col. 7. §. quia verò Gloss. & Bart. ad l. fin. §. d. & communiter Dd. ibi iuxta (pia memoriae, auu aculum meum) Andream Gaillium Obser. 77. num. 1. lib. 2. Obser. quem vide ibi tractantem de hac materia.

V.

In versiculis plossa dicitur, caueat q̄, secundo, hoc ita etiam procedit vt mulier marito obligetur si dotem saluam retineat in ijs qua contrahendo cum marito post biennium confirmauit h, item obligatur marito si pecuniam quam ab eo accepit, manifestè probaret maritus esse conuersam in mulieris vilitatem i. Item si qua contraxit iuramento confirmauit, proculdubio tenebitur iure canonum k, variant enim hic iura ciuilia l.

h text. in Authen. siue à me. i text. in Auth. si qua mulier, in fin. C. hoc tit. k text. in c. cum contingat, ext. de iureiur. & ibidem gloss. & Panor. l. text. in l. non dubium, C. de legi. & constit. in fin. text. & ibidem glossa in verbis, nec Sacramentum.

VI.

Quocumque ergo modo extra predictos & alios nonnullos casus, foemina intercedunt pro alijs nunquam cum effectu obligantur, & si à creditoribus, aut ex contractu tali conueniantur, opponendo exceptionem S. C. adiuantur, & vt d. est restituuntur, & si quid praestiterint, soluerint, delegarint, condicere m, vnà cum fructibus etiam poterunt n.

m l. quamuis, §. si mulier, 2. & §. interdum, l. si mulier, 32. §. 1. si mulieri, ff. hoc tit. n VVcf. num. 7. in parat. ff. hoc tit. predictas ll. huius thesicos allegat.

VII.

Et hoc aded etiam procedit vt masculi permixtim cum foeminis pro patre, animo no- uandi, intercedentes obligentur, & non foemina, actio q̄, in residuum pro foeminis ex S. C. beneficio, in patrem redeat.

text. expressus in l. si paternam, 8. C. hoc tit.

VIII.

Imò mulier iuuatur, vt si ipsa vel minor lasi sint, etiam in iudicio, restituantur, quamuis per legitimum procuratorem habentem legitimam potestatem, litigauerint: quod tamen in muliere maiorenni, & etiam in minore absque mica salis intellectum non velim, quare distinctim quoque hac dicta tuemur.

Maranta in aureo speculo suo, parte 6. & quando appellatur, num. 101. vsque ad nu. 108. sparsim, pag. mihi, 485.

IX.

Ex precedenti hac resultat questio, an predicta restitutio in integrum, impediatur executionem, ita vt en pendente nihil innouari possit, sicut pendente appellatione, & impedire dicimus, non tamen ita simpliciter & absolute, vt nullam interim limitationem vel exceptionem admittamus.

Idem Maranta citato loco praecedentis thesisi, numc. 108. & tribus num. seq. vbi exceptiones ponit.

X.

Item iuuatur etiam si exceptionem huius S. C. omiserit, quia per huius omissionem repetitio indebiti soluti non impeditur, cum in fauorem mulieris introducta sit o, & totam obligationem S. C. improbat P.

o l. qui exceptionem, 4. ff. de condi. indeb. p l. si mulier, 16. §. si in fin. ff. hoc tit.

Videmus

XI.

Videmus itaq; mulierem plurimum iuari favore huius S. C. non tamen à iuuari, vt hac ratione defraudetur creditor. Sed actio in verum debitorem, vt constat, redit, statim atq; mulier alienam obligationem suscepit etiam non expectata eius voluntate.

l. debitor. 24. §. 1. l. aliquando, 13. §. fin. l. quidem, 29. ff. hoc tit.

XII.

Similiter cum S. C. mulierem eximat, quocunq; modo per intercessionem eius verus debitor fuerit liberatus, siue nouatione, siue delegatione pristina causa restituitur, perinde q; agi cum debitore potest restitui a obligatione, at qui si nulla intercessio interuenisset, et si enim ordo hunc sexum tueretur, tamen non impedit, quo minus creditor ius suum a vero debitore consequatur. Impetrabit igitur à Praetore, quam vocant, restitutoriam actionem, ne inanem habeat obligationem, sic enim succurrendum est faminis, vt ne tamen alius iniusto incommodo afficiatur.

q. hæc thesis desumpta est ad verbum ex parat. V. Escob. num. 8. ff. hoc tit. qui pro ea hocce allegat textus. r. d. l. quamuis. 8. §. quotiens. 5. & §. fin. l. si mulier. 14. l. d. l. quamuis. §. Marcellus, ff. hoc tit.

XIII.

Atq; hæc quidem actio restitutoria, vt potè rei persecutoria, perpetua est, & in hæredes hereditibusq; datur.

tex. expressus in l. hæc actiones, 10. ff. hoc tit.

XIIII.

Hiscæ præmissis adiungimus, vitrum mulier contra creditores cum de damno vitando certat, iuste ignorantiam allegare possit, & cum Bartolo in suo casu, quod non possit defendimus.

Bart. consil. 154. num. 2. & 4. pag. mihi 40. versa.

XV.

In casu quoque alio non iuuatur mulier & minor, cum de lucro captando certant, & præde magis solliciti sunt, quam quod sibi abest, requirentes.

tex. in casu l. cum 9. C. de vfucap. præempt. vel pro transf. l. si minoris, 25. ff. de admin. & per. tut. & cur. in fin. & ibid. gl. in verbis, qui de præda, verfic. quid tamen, circa fin. text.

XVI.

Item si vxor maior 25. annis, sive ires vollkommen alteris sff. pro marito vel extraneo cum obligata non esset, soluat, quo casu quia non intercessit pro marito, sed spontè soluit, beneficium S. C. minime habet.

Andr. Gaill. lib. 2. Obser. obi. 60. num. 7. pag. mihi 47. vbi probat per tex. videlicet tex. in l. 1. & in l. Senatusconsultum, §. fin. & in d. l. quamuis 8. ff. hoc tit.

XVII.

Item vxor, quando se obligat principaliter, & maritus pro ea fideiubet, talis obligatio valet, quia marito non est prohibitum pro vxore sua intercedere.

Idem Gaill. prædicta in thesi loco num. 8. vbi per tex. in l. Scia mancipia, ff. hoc tit. & Alberticum in auct. si qua mulier, C. hoc tit. probat.

XVIII.

Ad prædicta: declarandas Latins pertinet hæc Thesis, in qua quaeritur: primo, an vxor
pro ma

pro marito & vice versa sese obligare & obstringere possit? Secundo, an consuetudo, sine
statutum obligationes tales, inter maritum & uxorem, approbans, valeat vel introducti
hoc pacto positi? & ad utramque questionem ita respondemus, quod prima non generaliter
procedat, statutum verò valere dicimus.

Andreas Gaill d. obser. 70. num. 1. & seqq lib. 2. obser. pag. 436. vbi de hac vtraque qua-
stione cum vide Ioachimus Myns. consiliorum decad. 6. nu. 19. pag. mihi 466. pro prima,
ad secundam, de statuto ibid. num. 23. cum Gaillio vnitur conuenientes, in vna Repre-
litionum Barr. allegatione, quantum legendo inueni.

XIX.

Videamus nunc si munera obeant femine, an & qualiter hoc possint, ac per hoc quomo-
do intercedant, vel non. Constat enim ferè semper mulieres à ciuilibus & virilibus officijs
remoueri^x, non quia non habeant iudicium, (est enim quibusdam satis acre, & perspicax
in viroque boni & mali excogitandi & persuadendi ingenium, & sunt quadam ita na-
tura dotibus habiles, & ornate (vi mutato sermone, in lib. de Oratore cum Cicerone lo-
quar) non nata solum, videantur, verum verè etiam à Deo factæ sint) sed quia sexus pu-
dicitie non conuenit in strepitu iudiciorum, vti viri hinc illincq; & passim varijs in lo-
cis, versari, inter tot sensus, quot capita^x, tamen non ita planè arcentur, quin iusta ratio-
ne subsistere, interdum ijs agere, intercedere, procuratrices existere permittatur z.

v. l. 2. ff. de reg. iur. cum l. milib. x. l. cum prator. 1. §. non autem, in fin. ff. de iudi-
cijs, l. sancimus, vlt. C. de recep. arbit. z. l. foeminis, 41 ff. de procur. Bar. in tract. quæst.
inter virginem Mariam ex vnà parte, & diabolum ex altera parte, coram Domino nostro
Iesu Christo ventilatam, num. 5 & 6. pag. mihi 103. versa. Idem Barr. in l. in multis, num.
1. ff. de statu hom. pag. mihi 23. tex. in auth. de hæred. ab intest. §. ex his, versic. mulieribus,
col. 9. vbi tutrices mater & auia existere possunt.

XX.

Item arbitri esse nequeunt^a, in eas tamen tanquam in amicabile compositores com-
promitti potest b.

a. d. l. fin. C. de recept. arbitr. ratio, quia arbitria siue compromissa ad instar iudicio-
rum sunt redacta, l. 1. ff. de recep. arbit. b. Castr. & alij in d. l. fin. C. de recep. arb.

XXI.

Quinetiam exetutrices testamentorum in pijs causis, iuxta Albericum esse possunt.
Alberic. de Rosat. in l. filio, §. matris, ff. de adimen. & transcrien. leg. num. 1. pag. mihi 110.
& in l. filio, nu. 1. ff. de alimen. & ciba. lega. pag. mihi 90. versa, & in l. nulli licere, vbi sauo-
rabilis siue pia causa ex tex. ap. C. de epil. & cler. in fi. nu. 1. pag. mihi 27. Iacobus à Canib.
in tract. de execut. vlt. volunt. vol. 32. in tract. Dd. voluminib. mihi pag. 91. nu. 27. Specu. in
tit. de instrum. edit. in §. nunc verò aliqua, pag. mihi 149. nu. 80. de hac materia tractant.

XXII.

Vidimus vtrunq; qualiter mulieres obligentur vel non, in, vel extra iudicium, in pri-
uatis, vel publicis negocijs, reliqua quæ vel anteponi cõmedius fortè potuissent, videamus,
inter quæ occurrit quæd nunc supra dixerimus, mulierem renunciare Velleiano posse. &
pro vi dictum est, defendimus: quæri posset, vel subiungi, an mulier renuncians si non fue-
rit certiorata, præsumat^r tamen ipso facto certiorata fuisse, vel esse? & non præsumi cõ-
lacione defendimus.

lacion in l. sciendum, ff. de verb. obl. g. num. 31. pag. mihi 55.

Qui etiam duas fallentias, vnam contra Bart. aliam qua Bald. maledicere asserit, & se dicit ostendere, ponit, quibus videlicet mulier renuncians Velleiano, ipso iure non obligatur, quas non reperire se ab aliquo traditas asserit, quem tamen in suo sensu (in quo quisque abundare dicitur) prout defendendus videbitur, defendemus.
Ialon prædicta l. & loco, num. 32.

COROLLARIUM.

Pro Corollario ponatur: si mulier renunciat iuri hypothecarum, an ad alias res vel personas, quàm ad eas, quibus est facta hac renunciatio, extendatur: & quoniam generalis renunciatio restringitur ad contractum super quo interponitur ad alias res vel personas, quibus non est facta renunciatio, non extendi concludo.
tex. in l. iubemus, 21, C. hoc tit. & ad eandem in summario Bart. & Bald.





XXIII


Qui eruditione...
In non alio...
Sed per...
quod...
tunc...


COROLLARIUM

The Corollary...
It is...
and...

380/44/58946(1)

X13<4458946100010






Freie Universität



Berlin



x-rite

colorchecker CLASSIC

100mm